

Apud Catonis agros erat domus quae iam Manii Curii fuerat, antiqui consulis qui tres triumphos sibi pepererat. Parvi praedii atque humilis domus aspectus in Catonis memoriam revocabat Curium clarissimum fuisse inter viros Romanos, eundemque gentes bellicosissimas subegisse et ex Italia Pyrrhum eiecisse. Praeterea in memoriam revocabat Curium ipsum, post has claras res, terram aratro subvertisse in illo praedio atque ibi habitavisse. Nam in illa parva domo olim Samnitium legati Curium invenerunt, dum apud focum sedet et cibum in catino ligneo sumit. Narrant legatos praebuisse Curio magnifica dona, ut esset erga Samnites benevolus. At senex omnia recusavit his verbis: «Melius est imperare iis qui aurum possident, quam aurum possidere».

### QUANDO I CONSOLI RITORNAVANO AD ARARE LA TERRA

Nonnulli antiqui homines ob firmam et diuturnam memoriam valde insignes fuerunt. Nam quidam rerum scriptor narrat in quadam Thesaliae urbe olim corvuisse triclimum, in quo Simonides poeta atque alii convivio interant, atque fere omnes decessisse. Simonides tamen omnium convivarum corpora deformata perfacile agnovit, quia uniuscuiusque locum in mensa memoria tenebat. Cineas autem, Pyrrhi administrator, Romam olim, ut de re suae civitatis disserteret, missus est. Historici narrant eum, brevi horae momento, iam memoria tenuisse senatorum nomina et permultorum virorum. Seneca autem rhetor postremis vitae annis omnes orationes, quas ab oratoribus illius temporis audiverat, memoria tenebat. Nam in libro suo plurimas controversias et suasorias collegit atque praeterea et oratorum nomina et tempora in quibus illi disceptaverant diligenter indicavit.

### UOMINI CON LA MEMORIA DI FERRO

Midas, Phrygiae rex, notus praesertim fuit quia quod tetigerat in aurum mutabat. Olim Apollo, Midae vehementer iratus, quia in artis musicae certamine Pana excellentiorem existimaverat, regis aures in asini aures mutavit. Tum infelix rex, ut ignominiam celaret, vitta temporata texit. Sed eius tonsor primum tacuit, sed deinde alicui rem patefacere vehementer optavit. Nam in locum desertum recessit, foveam fodit et in ea submissa voce dicitabat: «Dominus meus asini aures habet». Postea foveam occlusit, existimans se inclusisse in ea rem occultam. At paulo post ex fovea harundines permultae provenerunt, quae flatu ventorum iactabantur et tonsoris arcana vulgabant: eius verba enim saepius iterabant atque omnibus indicabant Midam regem asini aures habere.

### LE CANNE DICONO: MIDA HA LE ORECCHIE D'ASINO

3

2

1